



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

IVSTINIAN. IMPP. IN EDICTO AD
Constantinopolitanos, De his qui luxuriantur
contr. nat. Coll. 10.

Hec constitutio alias numero. 14.1. est.

Nouella hæc inprimis minatur iis qui contra naturam luxuriantur, eosq; ad poenitentiam cohortatur.

Quoniam minatus est nobis Deus propter peccata nostra: tamen clementer nobiscum egit, iramque suam in aliud tempus reiecit, nostram expectans poenitentiam, ut qui nolit mortem nostram peccatorum, sed conversionem & vitam. Quapropter iustum non fuerit, ut omnes nos opulentiam bonitatis ac tolerantie, & longanimitatem benigni Dei contemnamus, ne ob induratum & poenitentiam refugiens cor nostrum, iram nobis in die ira accumulamus. Qui itaque peccatorum mole premuntur illi non solum de cetero peccare desinant, sed & ritè agant poenitentiam, & coram Deo procidant, ET MORBVM SACERDOTI RENVCIENT RATIONEM-QUE CVRATIONIS PERCIPIANT, & prout scriptum est, fructus producant poenitentia, ut benignus Deus pro opulentia miserationum suarum dignetur nos quoque benignitate, & omnes illi agamus gratias de poenitentium salute, quos modo iussimus ut etiam magistratus persequerentur, concilians sibi Deum, qui merito nobis irascitur, & quidem scientes prudentesque ad sanctorum dierum reuerentiam benignum DEVM obsecramus,

Poenitètia nõ sufficit, nisi à peccatis abstineatur.

Hic animaduerte confessionem auricularem, quæ sit sacerdoti.

Observatio dierum festorum.

Gg 3

vt ita,

vt ita hi, qui impiarum actionum cœno
 quinati sunt, pœnitentiam capessant, ne
 nobis persequendi earum præbeatur occasio.
 Prædicimus autem omnibus deinceps, qui
 bi alicuius enormis peccati conscij sunt, et
 peccare desierint, **ET SE IPSOS**

*Confessionem
 cõremnentes
 à Deo nullam
 veniam me-
 reri.*

**NVNCIANTES BEATISSIMO PA-
 TRIARCHAE (SACERDOTI) SALU-
 TIS SVAE CVRAM GESSERINT**
 pro impiis actionibus Deum intra sanctum
 stum placantes, quod acerbiora sibi accer-
 supplicia: nimirum qui nulla de cætero
 digni habebuntur. Neque enim de eius re-
 quisitione ac correctione quicquam relaxa-
 tur contra eos, qui intra sanctum festum
 non detulerint, aut in impiis actionibus
 stiterint: ne si remisso circa id animo
DEVM contra nos iritemus, quod cæcitate
 tibus oculis transmiserimus actiones impia-
 ac prohibitas, & quæ maximè idoneæ sunt
 bonum illum Deum in omnium perniciam
 iram prouocet.

*Confessio est
 delatio sui
 ipsius.
 Deum contra
 Magistratus
 irritari, si ho-
 minum scela-
 ra impunita
 relinquunt.*

DEVM contra nos iritemus, quod cæcitate
 tibus oculis transmiserimus actiones impia-
 ac prohibitas, & quæ maximè idoneæ sunt
 bonum illum Deum in omnium perniciam
 iram prouocet.

*Hæc Epistola
 inter leges
 Cod. relata
 est à Iusti-
 niano.*

**IOANN. II. PONT. ROM. IN EPIST. IN-
 ter claraf. §. liquet igitur. C. de sum. Trinit.
 & fide Catholic. &c.**

Gremium suum nunquã, redeuntibus
 dit Ecclesia.

**THEODOSIVS, VALENTINIAN. ET
 Arcadius Imp. in l. hi qui sanctam C.
 de Apostat.**

Evangelium

FORVM flagitium, qui sanctam fidem pro-
diderunt, & sanctum Baptisma haretica
superstitione profanarunt, non obliterabitur
penitentia: Lapsis etenim, & errantibus sub-
uenitur, perditis vero nullo remedio poeniten-
tie (quae solet aliis criminibus adesse) succur-
ritur.

Fides & bap-
tismi profa-
natio inex-
piabile deli-
ctum.

IUSTINIANVS IMP. IN AVTH. VT
non luxur, hom. contr. nat. neciur. &c.
Collat. VI.

QVONIAM DEI misericordia non perditio-
nem, sed conuersionem & salutem vult,
& delinquentes, qui corriguntur, suscipit Deus:
ideo nos omnes inuitamus DEI timorem in
sensibus accipere, & inuocare eius placatio-
nem, & nouimus, quia omnes, qui Dominum
diligunt, & misericordiam eius sustinent, hoc
faciunt. Igitur quoniam quidam diabolica
inligatione comprehensi, & grauissimis lu-
xurijs semetipsos inserunt, & ipsi natura con-
traria agunt: istis iniungimus in sensibus acci-
pere Dei timorem & futurum iudicium, &c.

Poenitentes sus-
cipit Deus.

IDEM IUSTINIANVS IN AVTH. DE
Mona. h. & ascetr. & eor. conuersat. §. ceptè
si quis delinquat, Coll. 10.

SI quis delinquat (vt multa sunt humana,
neque quisquam ita continere naturam po-
test in officio, quin aliquando peccet, hoc e-
nim solius Dei est) hunc quidem, si mediocre
delictum sit, admoneto ad poenitentiam, vt
melioze ratione percepta ad seipsum redeat.
Gg 4 neque

Nemo sine
peccato.

Emendatio
proximi qua-
lis esse debeat.

neque deperditos atque exhaustos in religio-
 labores amittat: sin verò maior lapsus fuerit
 pro modo peccati adhibetor etiam emen-
 tionis diligentia, & item vehementiore
 monitionem & fortiorem poenitentiam
 perito. Et si quidem hisce modis seruare
 voluerit, qui labi coeperat, magno DEO
 gratias agat, qui & angelicis in celo potestatis
 gaudium oboriri dixit, si quis peccatorum
 uetur. At si delictum atrocius sit, quàm
 medela reparari possit: tunc à bonorum
 habitatione prorsus expellatur: ut eum
 à melioribus ad deteriora contulerit, im-
 lus improbitatis suæ fructum capiat, neque
 tiorum suorum aliquid ceteris contagione
 fricet, quemadmodum peste laborantia,
 curabiliter agrotantia solent pecora.

Luc. 15.

Incurabiles
 excommuni-
 candi.

DE COMMUNIO- NE SIVE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

IUSTINIANVS IMPP. IN AVTH. 11
 non alienan. aut permut. reb. Eccles. &c. § qua
 verò cognouimus. Collat. 2.

In Ecclesia
 tra perficiantur,
 rur, scilicet
 Missæ sacræ,
 lectio scriptu-
 ra, & commu-
 nionis admi-
 nistratio.

IN sanctissimis Ecclesiis celebratur sacra-
 ministerium: sacra quippè legitur scriptu-
 ra, & sacrosancta & ineffabilis communio
 traditur.